

sequitur: *Incipiunt interpretationes hebraicorum nominum.* Adde et graecorum. Interpretationes hae, ut notum, magnam partem infelices.

IV. VII. B. 16

93 Codex membraneus lat. Sec. XIV. et XV. Folior. 476. f. per duas columnas caractere denso, atro exaratus, initio Librorum literis et marginibus pictis florulen-

tis exhibet *Sacra Biblia* ex interpretatione vulgata. Praecedit *Index Epistolarum et Evangeliorum* per anni circulum in Ecclesia legi solitorum, sed ab *Adventu* tantum usque ad *Dominicam XIV.* post Pentecosten. Hunc excipit *Epitome metrica Bibliorum*, cuius titulus in margine minio adscriptus sic habet: *Incipiunt Capitula Biblie metricae. et fere quilibet dictio representat capitulum. sequitur Genesis.* En specimen.

Opera die- rum	Fructum ligni	transgredi- endo	occiditur	transfertur	propter dilu- vium
I	2	3	4	5	6
Sex	prohibet	peccant	abel	enoch	et archa
Epitome Apocalypseos sic terminatur:					
reges terre	beati qui ad cenam nup- tiarum voca- ti sunt	corpora	ornatam vi- ro suo	iam dicit sponsus	
17	18	19	20	21	
Flebunt	ad cenam	furgunt	sponsus	venio iam	

Equulei hujus poetici jam *Lambecius* meminit L. II. p. 747. et 777. edit. *Kollar.* col. 523 et 581. agitque de ejus inventore *Alexandro de Villa Dei Polyc. Leyserus Hist. Poet. med. aevi* p. 770. quo tamen rem longe difficiliorem effectam dedit *Petrus de Rosenheim* coenobita Mellicensis in *Roséo Memoriali* s. *Mnemofi-*

no Bibliorum Memoriali, de quo egi in *Wiens Buchdruckergesch.* p. 246. et 364. Tandem a fol. 11. *Biblia* hoc ordine progrediuntur: *Pentateuchus. Josue. L. Judicum. Ruth. IV. Regum. II. Paralipomenon*, quibus absque omni intervallo et titulo adtexta est *Oratio Manassis. Esdrae I.* cuius c. ultimo addita sunt haec

verba: *et filias multas. L. Nebemiae. Esdrae II. reipsa III. hic in Capita XXV. sectus. Tobias. Judith. Esther Capp. XVII. nam c. XIII. in duo divisum est. Job. Psalterium hoc rubro: Incipit liber ymptorum siue Soliloquiorum prophete dauid. aduentum christi. incarnationem de christo. Est vero non illa e graeco Versio Psalmodum, quam in Vulgata retinimus, ne, ut ait Vallarsus Praef. in T. IX. Opp. Hieronymi, turbae in populo longa jam habitudine Psalms illis affueto cicerentur, sed Hieronymi interpretatio ex hebraica veritate, quae habetur col. 1153. T. supracit. singulisque Psalms subiectae sunt piae preces, quas typis commisit Georg. Cassander Opp. p. 423. Ad calcem adiectus est spurius ille Psalmus: Pusillis eram inter fratres &c. de quo jam alibi dictum. Hinc jam sequuntur Salomonis Parabolae. Ecclesiastes. Cantica Cantorum in modum dialogi insertis minio Interlocutorum nominibus. L. Sapientiae. Ecclesiasticus subiecta jam saepius memorata Oratione Salomonis, post quam iniata haec clausula: *Expliciunt libri quinque Salomonis regis sub anno domini M^o. CCCC^o. Isaias. Jeremias, inter quem et Baruch, nescio quomodo, intercedit particula ultima Libri IV. Regum. Ezechiel. Daniel. Prophetae XII. minores, Malachias tamen ante Zachariam. Libri II. Machabaeorum. Omnes hi Libri aut Praefationibus Hieronymi, aut brevioribus illis, notisque Summariis s.**

Argumentis instructi sunt. Duo postremi Hrabani Mauri Epistolas ad Ludovicum Regem et Geroldum Archidiaconum praeferunt, quas vide T. Opp. ejus IV. Col. edit. p. 380. et supra Cod. II. Novum Testamentum a fol. 356. p. 2. auspiciatur, continetque IV. Evangelia. Pauli Epistolas XIV. Actus Apostolorum. Canonicas Jacobi, Petri, Iohannis, cujus I. c. 5. triplex testimonium integrum est et intactum, et Iudae; demum Apocalypsin. Praefationum eadem est ratio; quae in V. T. Codicem claudit nota illa Nominum hebraeorum graecorumque Interpretatio, quae absque inscriptione fol. 448. sic incipit: Aaron mons fortis uel mons fortitudinis &c.

v. VII E. 32?

Codex membraneus lat. Sec. 38ⁱ XIV. Folior. 319. 4. per duas columnas minutissimo sed pereleganti caractere scriptus, literis initiorum coloribus auroque fulgidis complectitur *Sacra utriusque Testamenti Biblia*, quorum haec ratio. Praefationes Hieronymianae omnibus Libris, in quos habentur, praefixae, et saepe pluribus angustis columellis vario colore, etiam lineatim alternante, venustissime exaratae sunt. Maxima Librorum Pars praeviis Capitum Summariis gaudet. Ante Summaria Geneseos legitur: *Incipit prologus totius veteris hystorie*. Sunt Disticha XLII. Autor tacetur, qui est Theodulphus Ep. Aurelian.